

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[92-93\] : De Gorgonibus](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [92-93] : De Gorgonibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[92-93\] : De Gorgonibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 12 : De Gorgonibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[92-93\] : Des Gorgones](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[92-93\] : Des Gorgones](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)Latin

Paginationp. 1059-1060

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Gorgones](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

optimis & firmissimis sapientiae institutis confirmatus: ad quod significandum Theseum tradiderunt multos latrones & crudelissimos tyrānos obtruncasse, ac labyrinthi fraudes aperuisse. erat enim labyrinthus vita hominum multis difficultatibus implicata, cum semper grauiore alia ex aliis oriatur, è quibus nemo nisi per singularem prudentiam & fortitudinem & constantiam se explicare poterit. has ipsas difficultates intra se continet ambitio, & auaritia, & libido, & omnia scelera, in quae si quis semel ingrediatur, haud facile exitum inueniet. si quis vero singulari prudentia non existat, is labyrinthum scelerum aut cupiditatum semel ingressus ante ibi emoritur, quam se expedire possit. quam turpium enim rerum voluptas sit patēs, & quam calamitosarum, argumento fuit Terei libido.

De Medusa.

Vt quantopere opus sit constantia aduersus voluptates demonstrarent sapientes, Medusam omnium mulierum pulcherrimam effluxerunt, ob apparentem & ad se allicientem suauitatem: sed omnes ab illa in lapides conuerti dixerunt à quibus visa fuisset, cum vel Mineruae templum violasset, quia voluptatibus deliti omnem Deorum cultum paruifaciunt, omnisque humanitatis & officij iura conculcare pedibus consueuerunt, omnibusque honorificis rebus sunt inuiles. Alij superbiam & arrogantiam per hanc fabulam deprimendam putabant, quia cum Dea certasset Medusa de capillorum pulchritudine: qui enim illis vitiis laborant, & homines & Deos paruifaciunt. sic igitur refrænandam libidinem, & temeritatem & arrogantiam esse admonebant, quia horum vitiorum Deus est grauissimus ultor. nam non modò capillos Medusa amisit, sed etiam Deorum consilio & opera missus fuit Perseus ad eam occidendam.

De Gorgonibus.

Quoniam verò duae dicuntur esse facultates animae nostrae, altera rationis particeps, altera sine ratione: quae rationis est compos, seniores natae Graecae dictae sunt ab antiquis, prudentia scilicet, quae in rebus difficilissimis praecipue, & in rebus publicis est necessaria. at sorores harum sunt Gorgones voluptates dictae, quae homines implicant ac perimunt, à quibus Perseus sine Graecorum auxilio se explicare non potuisset. cum enim ratio & cupiditas ex eodem animo nascantur, cupiditas

rationi pareat necesse est. quare dictus est Perseus siue prudentia capto Grazarum oculo, consilio & auxilio Palladis illas superasse.

At Physicè.

Dicuntur Gorgones esse aquæ maris filiae, à fremitu dictæ. ad has Sol diuinæ mentis minister contendit, idque Mineræ consilio, quia omnes actiones naturæ fiunt pro diuina sapientia, cum Deus & natura nihil frustra agant. ob motus celeritatem huic Nympharum volucres calceos tribuerunt, quia per omnia penetraret. cum extenuet vapores ita vt videri non possint, habere dictus est galeam Plutonis, & ensen Mercurij. Medusam mortalem occidit Perseus, quia subciliorem tantum aquæ partem attrahit, quæ supernat, quæq; habilis est ad mutationem. cum verò admirabilis sit sapientia Dei, qui vires has Soli attribuit, attonitus propè sit ad reliqua hæc humana negotia, qui cognitione & mente in hæc arcana naturæ opera penetrare valeat. nam reliqua neque tantilli quidem faciet.

De Sirenibus.

Cum nobis vitandam esse desidiam per hanc fabulam, omnemque in rebus gerendis negligentiam antiqui significarent, hanc per Sirenium suauitatem cantilenæ omnes ad se allicere demonstrabant, & in summum capitis discrimen denique inducere. Alij voluptates esse intellexerunt, quæ parte taurno Acheloo scilicet natae sunt. cum verò partim essent beluæ, partim virgines, duplicem animæ facultatem ostendebant, rationi parentem scilicet, & rursus appetentem. nam qui paret rationi, homo est: qui non paret, belua: neq; quidpiam aliud verè hominem facit. vnusquisq; nostrum merito inclusas habet Sirenes, cum animus diuersis motibus agitur. si quis igitur illegitimos motus secutus fuerit, hic in extremas miseras denique inducitur: quare aures ad harum cantus sunt obturandæ. quidam adultores esse Sirenes putarunt, qua peste nulla est neq; humano generi perniciosior, neque luitior.

De Orpheo.

Celebratus fuit Orpheus à poetis non solum quidè ob poeticæ facultatis præstantiam, sed multo magis ob iustitiam & equitatem, qua non solum in ceteros homines, sed in seipsum usus fuit. nam placatis inferis, animi perturbationibus scilicet, iustitiæ siue Eurydicen in lucem extraxit. at si quis fuerit paulo
negligen-